



# Disputatio juridica trigesima nona de solutione & depositione

<https://hdl.handle.net/1874/341243>

DISPUTATIO JURIDICA  
TRIGESIMA NONA,  
DE  
Solutione & depositione

*Quam*

D. O. M. I.  
P R A E S I D E

*Viro Clarissimo,*

D. ANTONIO MATTHÆO, Juris An-  
tecessore Primario, In illustri Academiâ  
Ultrajectinâ.

*Publicè defendet*

JACOBUS à CULEMBURCH, Ultraject.

*Ad diem 3. Martii. horâ locoque solitis.*



ULTRAJECTI,  
Ex Officina JOHANNIS à WAESBERGE,  
Anno M. D. C. LII.

*Magnificis, Amplissimis, Prudentissimis, Spectatissi-  
misque Viris.*

D. JOANNI à CULEMBURCH, Inclita Reipubl. Ultrajectinæ Senatori gravissimo, Venerabilium D D. Ordinum Ultraject: Quæstori fidelissimo, & Societatis Indiæ Occidentalis in Camera Amstelodamensi Praefecto indefesso Parenti meo, mihi filiali amore & obsequio quoad vivam colendo.

D. ARNOLDO à CULEMBURCH, Templi S. Joannis Canonico, & inter Præpotentes Ultrajectinæ Provinciae Ordines Electo, Patruo nullo non honotis genere prosequendo.

D. CORNELIO vander VEEN, Mercatori provido.

N.D. GUILIAMO KINT, van RODENBECK.

D. JOANNI ERCKELENS, Civitatis Gorcomii Senatori & Scabino prudentissimo.

*Avunculis meis in eternum colendis.*

Hanc Juris Disputationem

*Submisse offert & inscribit*

JACOBUS à CULEMBURCH,

*Respond:*

DISPUTATIO JURIDICA  
TRIGESIMA NONA.

D E

Solutione & Depositione.

THEISIS I.

**H**abuimus accessiones obligationum super sunt modi quibus obligationes tolluntur: ex quibus meritò primus locus datur solutioni. Solutionis verbum & generis est, quamcunque liberationem significans. *I. solutionis verbum* § 4. *D. h. tit.* l. 47. & 176. *de V. S. l. 4. §. soluisse D. de re jud. & specie:* quo sensu nihil est aliud, quam numeratio vel præstatio ejus rei quæ debetur. *I. solutam* 49. *D. h. tit. pr. Inst. Quib. mod. toll. oblig.*

II.

Solvit non tantum debitor, qui alienandæ rei suæ potestatem habet, *I. quod si forte* 14. *§. ult. D. h. tit. l. successores* 10. *C. eod* §. *ult. Inst. Quib. alien. lic. sed & procurator debitoris, & negotiorum gestor* *I. inquisitio* 18. *C. h. tit. l. qua utiliter* 45. *§. ult. D. neg. gest. & quivis alias, etiam pro ignorantie & invito* *l. 23. & 53. D. h. tit. l. 17. C. eod. l. solvendo* 39. *D. de neg. gest. l. 8. & 44. D. de cond. indeb.* Quod tamen fallit in ea solutione, per quam agnoscimus etiam seu veneramus directum dominum: veluti in solutione canonis, vel census. *Molin. ad conf. Paris. §. 85. n. 83. Surd. decis. 174. n. 32. Pyrrh. Maur. de solut. cap. 33. n. 6.*

III.

Fingamus pupillum soluisse absque tute: nihil agit, manetque Dominus pecunia solutæ: *l. 14. §. ult. & l. 15. D. h. tit.* Interim ergò an periculo quoque pupilli est ea pecunia? Non videtur arg. *d. §. ult. Quib. alie. lic. Glöff. ad l. non omnis* 19.

§. i. verb. ejus D. de reb. cred. Caſtr. Roma. ibid. Ias. ibid. n. 5. Zaf. n. 8. & seqq. Diff. olim Azo, teste gloss. d. loc. quem sequitur Donell. in d. l. 19.

IV.

Solvitur similiter vel creditori, qui debitoris liberandi potestatem habet d. §. ult. Inst. Quib. alien. lic. vel procuratori ejus, l. 12. l. 14. D. h. tit. l. si attore 19. C. eod. l. si ego 24. D. de neg. gest. vel cuicunque alii, jubente & delegante creditore l. solutam 49. D. h. tit. l. 11. & 12. C. eod. Inde quæ situm: capta civitate debitor hosti solvere coactus est: mox recuperata instat creditor: an rectè? Rectè, si ante hostis adventum debitor in mora fuit: sin minus, durum videtur bis exigi debitorem. arg. l. debtor 13. D. de neg. gest. l. nemo 82. §. 1. l. si seruum 91. §. sequitur D. de V. O. l. Paula 27. §. ult. D. de leg. 3. l. ult. §. 1. D. de pigner. act. Ita censemus cum Mornac. in d. l. 13. Afflict. decis. 150. Fabr. C. de locat. def. 33. rejecta inepta Choppini distinctione lib. 3. de mor. Paris. cap. 3. n. 20.

V.

Adjecto quoque solvi potest invito stipulatore §. si quis alii Inst. de inutil. stipul. l. 10. l. vero 12. §. pen. D. h. tit. Sed quid si adactus capite deminutus sit, an solvi ei potest? Negat Africanus in l. cum quis sibi 38. pr. D. h. tit. Affirmat Papinianus in l. Stichum 95. §. quæ situm est §. & seq. D. eod. & Julianus in l. eum qui 56. §. qui sibi aut filio D. de V. O. Conciliandis post veteres intendit Duarenus in d. l. 56. Cujacius in l. 55. D. de V. O. & tract. 7. ad Afric. in explic. d. l. 38. Donellus in d. l. 55. n. 6. Sed frustra: nulla enim ratione effici potest, ut ne JC<sup>ui</sup> à se invicem dissensisse videantur. Fab. 3. conject. 10.

VI.

Solvendum est id quod debetur; aliud pro alio invito solvi nequit pr. Inst. Quib. mod. toll. oblig. l. 2. §. 1. D. de reb. cred. l. qui decem 72. §. Stichum D. h. tit. l. Mavius 66. non idem D. de leg. 2. volenti potest l. 19. & 17. & 20. C. h. tit. l. 1. C. de rer. permut. l. pretii 9. C. de resc. vend. l. cum te fundum 6. C. de pati. int. emt. & vend. Numi tamen alterius figuræ invito solvi possunt, si nulla sit captio creditoris. l. debitorē 99. D. h. tit.

VII.

### VII.

Fingamus, fundum creditoris in solutum datum evictum esse: duratne prior obligatio, an nihil obstat evictio, quo minus extinctum dicamus? Durare videtur prior obligatio.  
*L. si quis alium 46. D. h. tit. l. libera. 6. C. de sent. & interloc. Nec aduersantur l. 4. C. de Evict. l. 1. C. de rer. permul. l. eleganter 24. D. de pignoris act. Cujac. 19. obs. 38. Aliter Don. in d. l. 4. n. 5.*

### VIII.

Solvendum est totum quod debetur: invito enim partes offerri iniquum est d. pr. Inst. Quib. mod. toll. oblig. l. 3. D. fam. ercisc. l. tutor. 41. §. 1. D. de usur. l. ob-signatione 9. C. h. tit. Nec aduersatur l. quidam 21. D. de reb. cred. l. permitendum 8. D. Si pars hered. pet. Hotom. ill. quæst. 22. Alciat. Zaf. Donell. & alii d. l. quidam: Quod si volenti partem debitor solverit, quæritur, an reliquum quoque agnoscisse videatur? Videtur l. 2. C. ad SC. Maced. l. 7. §. pen. D. eod. l. 4. C. de non num. pec. Nec mutat l. 4. C. ne ux. pro marit. Pyrrh. Maur. de solut. cap. 24.

### IX.

Solvendum est opportuno tempore: id est, si pura sit obligatio, statim: quod tamen cum aliquo temperamento accipitur §. omni stipulatio Inst. de V. O. l. quod dicimus 105. D. h. tit. l. quid tamen 21. §. ult. D. de recept. Sin obligatio diem habeat, etiam invito ante diem solvi potest. l. stipulatio ista 38. §. inter incertam l. continuus 137. §. cum ita D. de V. O. l. quod certa 70. l. qui res 68. §. mihi dare D. h. tit. Cujac. Duar. Coras. in d. l. 38. Idem Cujac. 23. obs. 23. Donell. 15. com. 8. in fin. & 16. com. 11. pr. Pyrrh. Maur. d. tract. cap. 92.

### X.

Locus utriusque utilitatem continet: idcirco nec solvi nec peti alibi potest invito adversario, nisi id fiat per conditionem quod certo loco §. plus autem Inst. de act. l. pen. D. de eo quod cert. loc. l. 15. §. 1. D. Dopoſ. l. fideiūſor 16. §. 1. D. de fideiūſor. Quod si de loco nominatum non convenit, tum locus solutionis intelligitur esse domus creditoris, si modo uterque ejusdem fori sit. Facit l. opera. 21. D. de o-

per. libert. Pyrrh. Maur. d. tract. cap. 29. Costal. ad l. 18.  
D. de pec. constit. Sanxon. ad Turon tit. I. §. 26. gl. 1. Sich.  
ad l. acceptam 19. C. de usur.n. 17.

X I.

Si ut certo loco solvatur convenit, tum quantum ad numerum, pondus, mensuram spectamus leges loci conventi. Si tamen convenerit, ut centum dolia vini Aurelianensis praestentur Amstelodami; etiam magnitudo doliorum ad legem Aureliax exigitur, non Amstelodami. arg. l. 3. §. nunc de officio & l. seqq. D. condit. quod cer. loc. l. un. C. ub. con. qui cer. loc. l. vinum 22. D. de reb. cred. l. ult. D. de condit. tritic. Burg. ad consuet. Flandr. tract. 4. n. 28. Everb. Praef. consil. 78. n. 23. & seqq. Rot. Genu. decif. 93. n. 2. Pyrrh. Maur. d. tract. cap. 29. n. 13. Cuyck ad Cravet. conf 695. Adde Bartol. in l. 1. C. de sum. trin. n. 16. & seqq. Ias. ibid. n. 22. & seqq.

X I I.

Si quis diversas summas debeat, in solventis potestate est, in quam causam velit imputari quod solvit. Si non constituerit, creditor imputabit in causam quam volet: dummodo ita constituat, ut vir bonus constitueret. Si neuter constituerit, imputabitur solutum in graviorem causam: eaque celsante in antiquorem. l. i. & seqq. l. 5. 97. 103. D. h. tit. l. si usuras 21. C. de usur. Quod si ne haec quidem appareat, in omnes summas pro rata solutum censetur l. illud 8. D. h. tit. Hart. Pistor. 3. quæst. 2. l. n. 24. Imb. in ench. verb. nomine proprio.

X I I I.

Si quis sortem debeat & usuras, quod solvit ante in usuras imputandum est. d.l. 5. §. pen. & ult. D. de solut. l. 1. C. eod. Quid ergo si in sortem imputatum fuerit, superestne petitio usurarum? Omnipotens, si modò in stipulationem deductæ sint. l. i. C. de jnd. l. 4. C. depos. l. qui per collusionem 49. §. 1. D. de act. emt. junct. l. cum stipulati 90. D. V. O. Donel. in l. i. C. de usur. n. 4. Cujac. tract. 3. ad Afric. in l. centum D. quod cert. loc. Itaque peccant, qui generaliter dicunt, soluta sorte

te extingui petitionem usurarum , propter earum odium ,  
*Alciat. reg. 1. præf. 23. n. 6. Pyrrh. de tract. cap. 12.*

X I V .

Si sors debeatur sub pœna , soluta sorte extinguitur pœnae persecutio *l. scriptum 10. §. 1. D. de part. l. ult. D. Quod cert. loc. l. prædia. 38. D. de Att. emt. l. si pater 12. §. simulier D. de part. dotal. Soluta pœna in Sortem imputatur l. quod si 42. D. prococ. d. l. prædia. l. 44. §. pen. D. de O. & A. l. qui Roma 122. §. Flavius D. de V. O. Nec aduersatur l. id quod 74. D. h. tit. Vide l. si pignore 22. D. de pign. att. l. si debitor 79. D. de furt. l. 6. D. locat. Cujac. 8. obs. 39. Pac. 4. antin. 91.*

X V .

Vnicum est debitum , sed plures debendi cauſæ : unica numeratione omnes tollantur necesse est. *l. cum quis fibi. 38. §. de peculio l. in numerationibus 44. D. h. tit.* Repugnat tamen *l. egisti 84. D. eod. & agnoscit quidem pugnam Cnicius in d. §. de pecul. tract. 7. ad Afric.* sed nulla vi majore urgente.

X V I .

Si annua quantitas debeatur , vel redditus annuus rectè à Dd. traditum est , eum qui solvit redditum trienii proximi censeri etiam solviſſe redditum annorum præteriorum. *l. quicunq; C. de epoch. publ. publ. junct. l. 1. C. de fideic.* Nec aduersatur *l. cum notissimi 7. §. ult. C. de præscr. 30. vel 40. an. Mafcard. de probat. concl. 1327. Menoch. 3. præf. 139. n. 14. & seq. E-verb. Præf. consil. 14. n. 7. Pyrrh. d. tract. cap. 36.*

X V I I .

Si oblatam pecuniam accipere recusat creditor , facculo inclusam obſignare debitor poterit , obſignatam apud iudicem competentem deponere : ita perinde liberabitur , ac si solvisset *l. si creditrici 6. l. acceptam 19. C. de usur. l. obſignatione 9. C. h. tit. l. 1. §. si pecunia 36. D. Deposit. invicem 12. C. de compens. l. 2. C. Com. de manumis. Donec. Giphan. & alii in d. l. acceptam & in d. l. obſignatione.* Oblatio autem realis esse debet , verbalis non sufficit , neq; eam aut obſignatio aut de- positiō

positio ad effectum liberationis sequi potest. *Vide Pyrrh.*  
*de oblati. per tot. Everh. cons. 168. n. 1.*

XVIII.

Oblatio sanè sola , ut maximè re facta fuerit , liberati-  
onem non parit dd.ll.Pyrrh.d. tract.n.12. Periculum tamen  
amovet à debitore l.si soluturus 39.l qui decem 72. D. de So-  
lut. Purgat moram l. illud sciendum 12. D. de peric & com.rei  
vend.l.interdum 73.l si servum 91.S. sequitur D. de V.O. Pro-  
dest ad evitandam pœnam. l.Celsus 23. §. ult. D. de recept.  
Solvit antichresin l. ex prædis 11.C. de usur. Non etiam sifit  
cursum usurarum d. l acceptam d. l obſignatione.l.1.S. ult. l.  
debitor 7.l.tutor 41. §. 1. D. de usur.

XIX.

Quid autem si depositam pecuniam debitor postea rece-  
perit ? Utili actione experietur adversus eum creditor : si-  
cut & adversus depositarium d. l. acceptam. Per utilem au-  
tem actionem , vel utilem depositi intelligere poterimus ,  
si nimirum agatur adversus depositarium : vel utilem acti-  
onem ex veteri contraetu , si agatur adversus debitorem.  
*Vide Donel. in d.l.acceptam & d.l.obſignatione.*

XX.

Quid si forte judex vel Grapheus pecuniam depositam  
in suos usus converterit ? Aequum est , eum non solum in  
sortem , sed & in usuras teneri. arg.l.Lucius 24. D.Depos.l.  
qui sine 38. D. de neg. gest.l. tutor 7. §. quæ autem l. non existi-  
mo 54. D. de admin.tut.l.idemque 10.S. si procurator D. mand.  
Quod si Grapheus solvendo non sit , æquum est à domino  
hoc damnum præstari. Moller. 4. semestr. 18. Sed et si urgen-  
te necessitate pecuniis depositis res publica usa fuerit , æ-  
quum est , creditores indémnes præstari : Confer Mornac.  
in l. 21. D. de pign. & hypoth. Afflict. ad tit.de Capit. qui cur.  
vend. §. similiter potest.n. 10. Molin.ad Paris.S. § 1. glof. 2.n. 98.  
Gail. 2. obs. 56.n. 8.

DISP